

ginta pro uno; ubi semen verbi divini suscepit, & in patientia coalescit. Cajet. hic.

Adhuc et sardum & mutum. Marc. 7. 32. Viri boni sardum, & mutum, inventientes, hoc ei praestant auxilium, quod possunt: nimirum ad Jesum ducunt, & precibus exorant. Sic bonus ille Samaritanus. Luc. 10. 35. ait: curam illius habe. S. Bern. l. 4. de confid. noli diffidere; curam praestare exigeris, non curacionem. Denique audisti: curam illius habe; & non cura, vel sana illum. Baeza. 2. l. 10. c. 9. §.

Emarunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Marc. 16. 1. Numquid ut suscitarent? Et nos scimus, fratres, quia suscitare nostrum non est; sed ungere nobis incumbit. S. Bern. f. 2. de resurr. Ecce tibi munus eorum, qui animarum Curatores sunt. Tunc muneri suo satisfaciunt si unguentum adhibeant; non si infundant, aut si refundant vitam. Unus Deus est, qui mortuas animas suscitavit, qui errantes reducit. Idem Baeza. ib.

Prædicator, per totam noctem laborans nihil cepimus. Luc. 5. 5. neque tamen de officio male curato objurgatus fuit. S. Chryl. qui retia jactat in aquam, nescit, quos pisces comprehensurus est; sed, quos Deus illi transferat, illi intrant in retia. Ergo sicut in piscatione labor solus requiritur piscandi; sic & in Doctore nihil requiritur, nisi instantia doctrinae. Populum non corrigit homo, sed Deus. Idem Joannes vocatur vox c. 1. 23. non convertentis homines; sed clamantis in deserto. Convertite in manu ejus non erat. Did. Nyfl. D. 4. adv. §. 4.

Alis Jerusalem fecit centuplum. Luc. 8. 8. Cur Christus ponit quatuor differentias audientium suam predicationem; & in sola quarta afferit sermonem suum proficere? pauci enim Judaeorum, comparative loquendo, ad eum fuerunt conversi. Non ergo Prædicator immoderate tristetur, pusillanimitate deiciatur, aut à bono inchoato desinat; si sua predicatione non tot proficiat, sicut cupit: immo magnum omnique labore dignissimum, arbitretur, si vel unum lucrari valuerit, pro quo filius est sanguis Christi. Dion. Carth. hic.

Clamabat. Luc. 8. 8. Jesus memorans perditionem feminis; illo clamore acerbum animi dolorem testatus. Quid doluit? verbi sui divini jacturam, cujus tres partes de quatuor deerunt. Sicut, si æger medicinam propriis sumptibus longo studio, paratam effundat. Æger Christo erat, dum in hac parabola cogitabat, suos Prædicatores laborum suorum tam exiguis fructus percepturos. Did. Nyfl. ser. 2. post Dom. Resurrect.

Curam illius habe. Luc. 10. 35. Non dixit, sana illum; sed curam illius habe: quoniam sæpe medicamenta adhibentur; sed æger sanitate minime consequitur. Curam exigens, non curacionem. Fac tu, quod tuum est: nam Deus, quod suum est, facit, absque tua sollicitudine, & anxietate, curabit. Planta, riga, ser curam; & tuas explicui partes. Sanè incrementum, ubi voluerit, dabit Deus; ubi fortè noluerit, tibi deperit nihil, dicente Scriptura. Sap. 10. 17. reddidit iustis mercedem laborum suorum. S. Bern. lib. 4. de Confid. apud Marchantium D. Sexagésime. Non sunt omnia verba S. Bernardi; sed sensus.

Et ait servus: Domine factum est, ut imperasti. Luc. 14. 22. Diligens erat, & obediens. Licet enim primo, secundo, & tertio mitatur; & nunquam se excusat, nec laborem refugit; nec excusationem priorum præterdit. Zelo insuper fervebat; adhuc locus est. his hominibus adductis adhuc numerus Electorum non est completus. Sylv. hic q. 14.

Ego vox clamantis in deserto. Jo. 1. 23. Vox est præparativa auditus hominum. Primum enim inarticulata vocem sonantem reddere solent clamantes à longinquo, vocantes eos, qui ab ipsis aliquid audire debent. Et ubi vocem solam audiverint, & mentem ad audiendum converterint, aureisque præparaverint; tunc is, qui sonantem vocem emittit, de cætero distinguit sermonem; quem dicere voluit. Sic etiam Joannes vox fuit, aures hominum præparat. Non enim erat ipse Verbum; sed post ipsum venit Verbum, propter quod vox præparativa fuit. Et propterea dicit: ego vox, & inde: parate viam Domini: vox enim præparat; Dominus autem ingreditur vias præparatas. S. Epiph. here. 69.

Qui metit, mercedem accipit. ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. Jo. 4. 36. Non seminantem, sed metentem; gaudere Scriptura affirmat. Pl. 125. 6. euntes ibant, & stabant, metentes semina sua. De messoribus II. 9. 3. laborantes curati te, sicut qui laborant in messe. Et Pl. 125. 6. venientes autem veniunt cum exultatione.

Prædicator est seminator, auditor verò messor. Et, ut intelligatur, quomodo ille, qui in domo Dei alius querit, sibi invenit, dicit Christus: quod licet aliud sit seminare, aliud colligere, sive excipere verbum Dei; aliud prædicare, aliud audire: in spirituali tamen agricultura idem est ferere & metere: qui enim ex charitate seminat prædicando, consequenter gaudium illius metentis participat seminans. Did. Nyfl. Polit. Cœl. p. 2. l. 3.

Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

1. Cor. 3. 8. Nota: non dicit, quisque recipiet mercedem secundum fructum, quem fecit; sed secundum laborem: quia fructus non est in nostra, sed Dei, dantis incrementum manu. Itaque integrum laboris præmium essentiale habebis ex concione, vel instructione tua, licet nullus sequatur fructus; nullus hæreticus, vel peccator, convertatur; imò sæpe majus; quia difficilior est concionari, ubi nullus, vel exiguus, appareat fructus; quam ubi concioni multi applaudunt, vel proficiunt. Corn. hic.

Abundantiis illis omnibus laboravi. 1. Cor. 15. 10. Non air, plus omnibus effeci. Et cur istud? quia petitur à te cura, non curatio. Did. Nyfl. D. 4. Adv. §. 4.

Qui habet clavem David. Apoc. 3. 7. Christus duo aperit ostia, ut prædicator fructuose fiat: ostium laborum; ut concionatores igneis verbis loquantur; sicut Apostoli Act. 2. 4. ceperunt loqui; prout Spiritus sanctus dabant loqui illis; deinde ostium cordium, disponendo Auditores, ut verbum Dei recipiant: de quo Christus D. cuidam Episcopo. Apoc. 3. 8. ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere; ut scilicet prædicator tua in corda audientium intret. Propter dicitur enim populi soler Dei ora Concionatorum claudere; sicut Ezechiel dixit c. 3. 26. linguam tuam adhaere faciam palato tuo, & eris mutus. Et tunc nullus est, qui aperiat. E concepto cum Deus labia prædicatorum aperit, nullus est, qui claudat, vel eos possit impedire; sed audacter dicunt: sicut Petrus, & Joannes Act. 4. 20. non possumus, quæ vidimus & audivimus, non loqui. De Pontein Cant. 4. Exh. 16. §. 3.

Ex Patribus, & aliis.

Magisteria, fornicæ, adjutoria quadam sunt, & admonitiones. Cathedram in celo habet, qui corda docet. S. Aug. tr. 3. in ep. Joannis.

Et quid est peccator, nisi vulneratus? & quid Prædicator nisi medicus. Sæpe verò contingit, ut Prædicator reverenter, audiat; & nonnunquam verò à perveris illi despiciatur, ac si eis nihil utilitatis loquatur. Unde rectè nunc subditur: ut adamantem, & ut silecem, dedi faciem tuam. Adamas, & silex; utraque dura; sed unum horum pretiosum est, alterum vile. Adamas ad ornamentum fimitur, silex ad itinerantibus calcatur. S. Greg. in Ezech. hom. 10.

Homo homini inaniter loquitur, si per semetipsum Deus interius non loquatur. S. Petr. Dam. p. 8.

Athyrops ita niger in balneo exit, sicut intravit: & tamen balneator mercedem accipit. Ita S. Greg. respondit Episcopo querenti de sterilitate. Sol ubique luget; & tamen aurum ubique non generat; sed in terra ad hoc disposita: & Deus ubique pluit; fructum tamen solum in terra disposita producit. Summa Prædicatorum, Concionator.

S. Jacobus Ap. tota Hispania, non plures, quam octo, convertit. Ita, velut ab irrito coacta reveris Herodis gladio caput præbitur secandum. An Deus Jacobo non idem præmium daturus, quod coetæris Apostolis, qui reges, & regna integra, Christo adjunxerunt? Idem utique; & forsitan majus: neque enim illi Deus, quid efficeret; sed quid faceret, imperavit. Diez de recta inc. l. 2. c. 11.

Oportet Concionatorem, etiam nemo attendat, seminat, & pecuniam deponere; ut postea Dominus, non ab illo, sed à mensuris, rationem repositat. S. Chryl. tom. 6. hom. de S. Anna.

Aquarum venæ, etiam si nullum veniat aquatum, manant tamen; & fontes, quamvis nemo hauriat, scatebras emittunt. S. Chryl. hom. 29. ad pop. Antioch.

§. XIX.

Concinator non fit fabulator, non risum, sed planctum moveat.

Ex Veteri, & Novo.

Prædicatoris virga bis silecem, egressa sunt aqua largissima. Num. 20. 11. Percussa à Moyse petra aquam dedit. Causa, ob quam Concionatores aquam è lapideis peccatoribus non educunt, ea est; quod eos minis, & terrore, non percutiunt; sed vanis, nugacibus, fabulis delectant. Diez Concionat.

Qui abscondit frumentum. Prov. 11. 26. Qui sanctæ predicationis apud se verba retinet, talis maledicetur in populo: quia in solius culpa silentii, pro multorum, quos corrigere potuit, poena damnatur. V. Bede hic.

Verba Sapientium audientur in silentio. Eccl. 9. 17. Quemcumque videris in Ecclesia Declamantem, & cum quodam lenocinio, ac venustate verborum, excitare plausus, acrisus excutere audientes in affectus lætitiæ concitare; scito, signum esse insipientiæ tam ejus, qui loquitur; quam ejus, qui audit. S. Hier. hic.

In risum faciunt panem, & vinum. Eccl. 10. 19. Chald. hilares panem faciunt iusti, ad educandos pauperes, & fame confectos; vinum quoque, quod stultitibus miscunt, illis delectationem futuro Sæculo afferet. Mystice Sanct. Hieron. accu-

enfat eos; qui loquuntur in Ecclesia, & docent populos; sed ea, quæ populum audire delectat; quod peccatores palpe in vitio & strepitus concient audientium. Corn. hic.

In risum faciunt panem, & vinum. Ibid. Verbum Dei est panis, ubi difficile est; & vinum, ubi facile. Vel panis, quia confortat, & firmat; vinum, quia lætificat. In risu alienos faciunt Doctores panem, & vinum; dum Auditores ad risum provocare sacris eloquiis student, non ad lacrymas: cum tamen ad hoc principaliter deberent attendere. Unde II. 22. 12. vocavit Dominus Deus O. Hugo Card. hic.

Et audivi post me vocem commotionis magna: Ezech. 3. 12. Si in hac urbe piscor aliquis farina venefica inficeret panem, ex quo plebs sensum virus admitteret; an non venditoris caput gladio subjicietur? Quis panis animorum? Matth. 4. 4. non in solo pane vivit homo; sed in omni verbo. Ergo impune dimittetis, qui animas necant, dando flores pro pane. Ideo genibus flexis auxilium imploro magnæ Sedis non prohibam decretum, quod corrigat tam divulgatam, & perniciosam Verbi Christi depravationem? Ob frequentiam audientium, mimicos Concionatores, triumphat hæresis, Catholica pietas contaminatur, pudore Concionatores prohi suffunduntur; & populus Christianus sacrum Quadragesimæ tempus commutatio in Saturnalia; pro fetu, quo culpatur, risu impio flagitia nova accumulat; sed templum implet; ego quæro, an coelum repleat? orem evacuet? Oliva tom. 3. conc. 3.

Ad dandum scientiam salutis plebs ejus in remissionem peccatorum. Luc. 11. 77. Discant Concionatores, ut nunquam populo seipsum prædicent; aut vanitates, vel facta, quæ risum moveant; sed ea, quæ ad remissionem peccatorum adducere possunt; ut sunt lacrymæ, compunctio &c. Stella hic.

Et alius civitatibus optavit me evangelizare regnum Dei. Luc. 4. 43. De regno agit, & ludinus; fortassis ad nos beatitas illa non spectat. Si de unius agatur obsequio urbis, Europa concutitur; vides, qua utrinque contentione in opus incumbatur; non pigis puerorum, sed ferreis, hic agitur; non floribus, sed ignibus. Ubi verò obfideri te audis, ut à regno in carcerem mittare, nulla redemptionis spe: aut te libet stertere, aut me lenocinari oratione. Vide, quid concionator Propheta: Jeremias lacrymatur, Isaias clamat; hic turbam arripit, ille olam effundit; utraque plenum væ flumen evoluit Totus est Daniel in succisione arboris, eversio simulacri: totid parietem, sculptique obfisionem in latere. Modò Judices damat, modò regem solio pulsum feris associat, alium à phaliss ducit ad sepulchrum. Oliva Conc. ser. 5. D. 3. Quadr.

Videns civitatem sterilem super illam. Luc. 19. 41. hi Pentapolim vident; & rident. Nonam scilicet inverent puridissimi heluones beatitudinem, nempe beati, qui rident. Sed audite Dominum fulminantem. Luc. 6. 25. vobis, qui ridetis. Propheta euntes ibant, & stabant, metentes semina sua. Pl. 125. 6. & pseudo-prophetae plausus metunt, & tripudia; Ezechiel imperatur, ut, antequam prophetae, lacrymas coarceverit cap. 19. 2. assume plantam super principes Israel. Joanni visus est Dei Filius ex ore, non Narefium ad illecebras, sed ensem ad terrorem emittere. Apoc. 1. 16. gladio ulis pro lingua. Oliva l. 4. Strom. §. Nonne cor nostrum ard. cap. 24. vide plura hic.

Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? Luc. 24. 32. Horreo dicere, sed tamen dicendum. Irrupit Jezabel in vineam Scripturarum, ut plus conferat, quia nullus est Naboth, qui male lapidari, quam proderet Patrum hereditatem. Joannes è sylvis progressus viperas loquitur, & secures, hi Masasantur, & Nymphas. Nimirum poenitentiam nuntiat, qui locustis vescitur. At quibus par turtur, aut duo puli columbarum, non satis sunt in patria una, ut ridere coegerint alumnos crucis, causam perorant. Christus Jerusalem &c. Oliva citatus.

Quomodo nihil superaverim nitilium. Act. 20. 20. Non solum referendum hoc ad doctrinam; sed etiam frequentiam Sacramentorum; orat. &c. in quo Apostolus Deum imitatus. II. 48. 17. ego Dominus DEUS tuus, docens te utilia. Discant Prædicatores docere utilia; & non plausibilia, auribus grata &c. Syiv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Audi Paulum dicentem. Act. 20. 31. per triennium nolle, & die, non cessavi cum lacrymis moneri: nunquamque vestrum. Si verò pro Milesis, & Ephesius, tanta usus est diligentia, non facticia loquens, sed cum lacrymis admonicionem interens; quid de aliis dici potest? S. Chryl. hom. 17. in ep. Eph.

Illius Doctoris vocem libens audio, qui sibi non plausum, sed mihi plausum movet. S. Bern. l. 59. in Cant.

Ille est Doctor Ecclesiasticus, qui lacrymas, non risum movet; qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit esse felicem; nec prævenit sententiam Judicis sui. S. Hier. l. 2. in I. c. 3.

Auribus, & cordi, consulere debet Doctor, non oculis: ne

potius ex se ipso eos spectatores magis, quam auditores faciat. S. Iud. l. 2. c. 11.

Sanè reprehensibile valde est, in Ecclesia Christi, in locis Sanctorum; in quibus, post sudores secularium negotiorum, post occupationes rei familiaris, post diversarum perturbationes actionum, post multifariam dissipationem mentis; confluit multitudo Fidelium, ad percipiendum Ecclesiastica sacramenta, ad audiendum salutis monita; ut ibi recitentur fabulae Poetarum, gesta Gentilium, ac vaniloquia; quibus mediantibus astantes provocentur ad plausum, nec non dissolvantur in risum. Hoc & Apostolus Timotheo scribens arguit 2. cap. 15. Sollicitè cura O. S. Laurent. Justin. lib. de regim. Prælatorum.

Difficillimum est, invenire, qui sincerè verbum Dei tractet; & non potius cauponetur: de ejusmodi enim II. 1. 22. ait: vinum tuum mistum est aqua; hoc est, depravant doctrinæ integritatem. Idior. Clarius. l. 2. orat. 4.

§. XX.

Concinator dicat seria; arguat, terreat.

Symbola, & allegoria.

Tuba.

Umque increpaveris tubis. Num. 10. 3. Clangor turbarum; vox est Prædicatorum; sine quibus utique quamvis pulchra, quamlibet ordinata castrorum acies, terribilis non est. S. Rupert. l. 1. in Num. c. 10.

Umque increpaveris tubis. Num. 10. 3. Clangor turbarum; vox est Prædicatorum; sine quibus utique quamvis pulchra, quamlibet ordinata castrorum acies, terribilis non est. S. Rupert. l. 1. in Num. c. 10.

Umque increpaveris tubis. Num. 10. 3. Clangor turbarum; vox est Prædicatorum; sine quibus utique quamvis pulchra, quamlibet ordinata castrorum acies, terribilis non est. S. Rupert. l. 1. in Num. c. 10.

Umque increpaveris tubis. Num. 10. 3. Clangor turbarum; vox est Prædicatorum; sine quibus utique quamvis pulchra, quamlibet ordinata castrorum acies, terribilis non est. S. Rupert. l. 1. in Num. c. 10.

Alia Symbola.

Eriganus, si pereuntes curare fatigamus, cum Moyse, non columbam, sed serpentem æneum. Num. 21. 8. Quæ terrent, medentur. Compelle intrare in misis, terrore timorem improvise mortis incute. Peccantes cogit accedere cum fetu ad agnum, qui tollit peccata Mundi. Oliva l. 11. Strom. §. Erunt signa.

Fugiant, & redeunt Philisthi. 1. Reg. 7. 10. Cladem quis edidit tantam? Litabat Samuel. Itæ est: non tamen hostes agni nidor fugavit? sed cœli fragor. Intenit autem Dominus fragore magno. Quis pardum pro telo flore defixit; quis tigrin amilla revinxit? Monstrum esset, si draconem holocærico compedes. Catenis opus est; quibus si belluam domes, non impar Samsonis. Oliva l. 1. Strom. §. Vox clamantis. Intenit Dominus fragore magno in die illa super Philisthim is. & casti sunt à facie Israel. Quandiu Agnus immobilatus a Saule, populus de hoste non triumphavit; ubi autem tonitrua strepente, tum enim vero confertati barbari cessare victoriam. Oliva l. 11. Strom. §. Erunt signa.

Reges eos in virga ferrea. Pl. 2. 9. Ad suum Verbum ita Deus loquitur; ut videlect timore in officio continet, quos acquisivit sanguine suo. Et cur putredo, & vermis, audet excutere à dextra Christi sceptrum timoris, quod in ea locavit Pater; & pro virga ferrea, virgulam floridam, immo sterculum reponere; passim nuntiantio populus, nihil metus, nihil suavis, patientiis nihil, Christi regno; Itanè monet Deus Filium, ut exhibeat ferrum populo, & tu florem locas in dextera Crucifixi? aut clavum, aut ferream Virgam, locare debes in manu ejus; nisi velis seductor inveniri, & reus teneri Paterni consilii. At inquis, in celo canitur lætitiæ, & misericordiam, Canticum alleluja. Apoc. 19. 1. Placeat alleluja, at ubi à peccatis tui sunt cives. Dices: sed clam Propheta. Pl. 5. 12. & Latentur omnes, qui sperant in te: sed audi Prophetam, & Apollolum. 1. Jo. 3. 3. & omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Præsumptio est, non spes, quæ non expiat à scelere; sed inquinat. Pl. 33. Et non derelinquunt omnes, qui sperant in eo. Oliva t. Strom. §. Reges eos in virga ferrea.

Et ero immaculatus cum eo, & observabo ab iniquitate mea. Pl. 17. 24. Sed sciendum, quo habitu se tibi deus, ad innocentiam tutelam, videndum præbit. Agnoscè, an turtur, apparuit tibi? rores, an flores, impluit? si idem gerebat in capite, an flet.



Stellas : Audiamus explicitam eniglem. v. 10. inclinavit caelos, & descendit, & caligo sub pedibus eius : Et intonuit de caelo Dominus. v. 14. En qua ratione Deus candorem severit in purpura. Etiam princeps erit Palastine immaculatus, sicut oculis habeas praedicantem Dei fulgura, & sagittas. Oliv. l. 11. Strom. §. Erunt signa.

Motiva.

Ex Veteri.

Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus. Ex. 20. 19. Cum eos angelus cum fulgure & tonitru, alloqueretur cum, terrenti audire volebant, sed Moysen, qui blandius loquebatur. Sic multi dicunt : ne nobis praedicent angeli, qui nos minus terrent, qui fulminent, & tonent : praedicent nobis homines, qui ut homines loquantur, ornate compositè, leniter, tepidè. Diez Conc. 1. Dom. 3. adv.

Quem mittam ? & quis ibit nobis ? II. 6. 8. Mittere hic intendit Deus Prophetam, & prius hominem discit quærit, interrogat, an legationem obire velit. Mittit item Moysen. Ex. 3. 10. nec tamen interrogat, an velit legatione fungi ? sed non requisito mandat, ut in Ægyptum abeat, & populum in libertatem afferat. Que causa discriminis ? S. Basil. in II. 6. ideo ab Isâa consensum extorsit, à Moysè verò non : quia Moysès ab Isâa, & sua via mittebatur ; scilicet ut populum per multa miracula in libertatem affereret. At verò Isâas ad carpenda populi vitia mittitur ; quod Deus gravissimum putat, & intolerabile, Pinna in Eccl. Ethol. 34.

Lequimini ad cor Jerusalem. II. 40. 2. non ad aures, Hugo Card. in Jo. c. 9.

Vade & clama in auribus Jerusalem. Jer. 2. 2. Clama, inquit, non cano. Quòd si necessarius tonitru fragor, ubi sermo ad Jerusalem ; nos, qui coærcatos unum in cœtum, Arabes, Medos Ægyptios, & fofan Gomorrhæos alloquimur ; quomodo fulmen in lyram mutamus ? & c. Clama, inquit, non cano ; Syren aliàs es, non Propheta. Olivat. 2. Strom. hic.

Ubi est verbum Domini Jer. 17. 15. In quo loco sermò, & cum fructu, praedicat, qui praedicat ? Jerem. 23. 28. Qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. S. Hieron. hic meus enim sermo nuntiat futura supplicia, ut deterreat homines à peccando ; & paleis peccatorum comminatur incendium : ut corda dura, & infar silicis indomabilia, sermone sui mallico coiterantur : auferens cor lapideum, ut ponat pro cor carneum, molle : videlicet & quod possit Dei suscipere, & sentire, mandata. Olivat. 2. conc. 3. festo S. Andrea.

Ex Novo.

Penitentiam agite, appropinquare enim regnum celorum. Math. 3. 2. Joannes, cum propinquave caneret regnum ; non ad choras, non ad citharas, non ad ornamenta metallorum, excitavit animos Judæorum ; sed ad esulatum, & lacrymas, provocavit. Et sanè regnum istud, hoc est, regem regum aspero penitentia apparatu gaudere, ex eo constat vel maxime : quòd in ardente rubo adventus sui primas, ut ita dicam, lineas ducit ; non nisi amaturus in terra in suavia, & dura ; cui paratum est solum è spinis in flamma. Oliva t. 2. Strom. hic.

Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marci 6. 18. O ferventissimum iustitie Zelatorum ! o Praedicatorum veritatis insignem ! O si hodie tales haberemus Praedicatorum, qui scivitia redarguerent, sic zelarent humanam salutem ! heu ! heu ! facti sumus sicut canes muti non valentes latrare. II. 56. 10. Timeo, ne sanguis animarum vestrarum de manibus nostris in die Judicii requiratur. Speculatores postii sumus in domo Domini, in Castris Dei nostri ; & videmus gladium venientem, imò inimicos intra castra jam omnia vastantes : & non solum non excitamus dormientes, ut evigilent ; sed & sub cubitis ponimus pulvillos, juxta prophetiam Ezechielisc. 13. S. Thom. Vill. conc. 2. de S. Jo. Bapt.

Quem vos crucifixistis. Act. 4. 10. Libertas Apostolica in publico fenat eis obicit gravissimum crimen, id est, mortis Christi, Veritas animosa nihil timet. Sylv. hic vide plura hic q. 5.

Et pro me, ut detur mihi sermo in aperione oris mei cura fiducia utrum facere mysterium Evangelii. Eph. 6. 19. Rogat, ut Deum orant pro gratia ; ut liberè, cum fiducia, sine metu Evangelii veritatem loquatur. Pinna in Eccl. Ethol. 128.

Ex Patribus, & aliis.

Nunquid ego scripsi hoc ? nunquid ego delere illud possum ? si delevero, timeo deleri : Illud possum tacere ? timeo tacere. Praedicare cogor ; territus terreo : timeo mecum, ut gaudeas mecum. S. Aug. hom. 11. ex 50. S. Doctor, in dicendo melleus ; sed ita firmus in igne aeterno intentando divina præcepta spernentibus, ut ab æquissimis minis moveri non poterit ullo dominantis motu. Dicebat omnibus intrepidè : statuta celestia non dicto, sed recito ; nec ad vos venio legislator : præco sum eorum, quæ meum ministerium exigit.

Quæ iusta sunt, in mentem revoco ; præcepta non formo ; Veritates, quas promulgo, sunt scriptæ in Ecclesie libris : licet eas tacerem, celsis nihilominus rei : & ego pro ignavo silentio vocar ad Deum Judicem, & ad ultimas flammam relegerem. Ol. t. 3. con. 29. die Ven. in Quadr.

Siquando arguimus, aut reprehendimus peccata vestra, & vos acriter increpamus ; incumbit nobis hoc officio, sub poena indignationis aeternæ. Et, si non fecerimus ; sanguinis vestri in Dei iudicio rei erimus. Unde merito clamabat Propheta. II. 6. 5. va mihi, quia tacui. S. Thom. Vill. l. 1. D. 2. Quadr.

Officium Apostolicum est, prædicare veritatem. S. Thom. in ep. 2. Cor. Lect. 5.

Dura hæc, & austeri sunt. Sed quid facias ? non licet eorum mutare naturas ; & nuntiar aliter veritas non potest, quam virtus ipsa exigit veritatis. Dura hæc quidam putant, scio, & satis certus sum. Sed quid facias ; nisi duris nonitur ad Regnum. Inter hæc quid agant ; quibus loquendi à Christo officia mandantur ; Deo displicent, si tacent ; hominibus, si loquantur. Sed, ut Judæis Apostoli responderunt Act. 5. 29. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Salvian. l. 3. ad Ecclesiam Catholicam.

§. XXI.

Concionator non aduleter, non fit mollis.

Symbola de mollibus.

Quem, Genes. 40. 2. 16. Vulgata vocat pistorum magistrum ; Sept. & Philo, nuncupat principem cognarum. Philo l. Jo. seph : quid inter coquos, & medicos, interit, quis non videt ? Si quid ad sanitatem conducti, etiam si ægro ingratum videntur, solum magno apparent studio. Illi contra suavia curant, ut illa negligunt. Ergo medicis in civitate similes sunt Magistratus, Judices, Praedicatorum ; & providentes communi salutis, ac securitatis. Arceon in II. 3. Discipulis.

Deteriores molles Concionatores ipsis nautis, quos legimus Jonæ 1. 5. 6. ad Jonam isse, ne, furente Dei severitate, dormiret. Hi verò ad Dei fustus mulcent, & sopiunt. Lacte potant Sifaras Jud. 4. 19. in ipsa oblivione supplicii trahant in se coedem, & perant imparati. Erigamus, si perentes curare fatigamus cum Moysè, non columbam, sed serpentem aeneum, Num. 21. 8. Quæ terrent, medentur ; compelle intrare minis ; terrore timoris improvise mortis incute ; peccantes coe accedere cum fletu ad ægrum, qui tollit peccatum Mundi. Oliva l. 11. Strom. §. Erunt signa.

David autem palabat manu sua. 1. Reg. 18. 10. Putas, quia convalescet Saul hac arte curatus ? imò verò vehementius coepit sœvire, & furere. Sanè cithara, & lancea, non bene coalescunt, altera ergo separatur ab altera ; aut una alteri permittitur : qui citharam tenet, hanc vibret ; qui verò hanc gestat, pulset citharam. Si David feriat peccantem, & Saul laudet, probeque sententem ; demon edet, & Saul revalescet. Penitens enim blandit debet medico, non Medicus languido. Certè, si David pallat, Saul sœviret : non enim hoc genus demoniorum delicia figatur. Cinere, facco, vulnere, scelus extruditur. Rarè bene curantur Magates : quia, qui eos sanat, canit, non ferit. Oliva l. 10. Strom. hic.

Va, qui consunt pulvillos. Ezech. 13. 18. Cum aliquis aptus moribus populi, ut placeat eis, quibus aures pruriunt, loquitur, quæ gratanter accipiunt ; loquitur, quæ vicina sunt volapraii : talis magister consuit cervicalia sub omni cubito manus. Origenes hom. 2. hic.

Ad hoc pulvillos ponitur, ut melius quiescamus. Quisquis ergo malè agentibus adulatur, pulvillum sub capite vel cubito jacens ponit ; ut, qui corripit ex culpa debuerat, in eo sultus laudibus molliter quiescat. S. Greg. 18. mor. c. 3.

Verba sapientum sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Eccl. 12. 11. In quem locum. S. Greg. hom. 6. in Evang. clavis, ac stimulis, sapientum verba comparantur : quia culpas delinquentium nequunt palpare, sed pungere.

Es eis quasi carmen mustrum, quod suavit, dulcique, sono canitur : & audiant verba tua, & non faciunt ea. Ezech. 33. 32. S. Hieronymus in præfat. lib. 5. ad Gal. ait, hoc multis Praedicatoribus convenire. Mendoza in 1. Reg. 3.

Dic ut lapides. Math. 4. 3. Moraliter : diabolus persuadet Praedicatori, ut doceat lapides, id est, comminationes emolliere, propter temporale emolumentum. Modò enim versi sunt in panes ; nec invenitur lapis, quo projiciatur peccator. Hugo Card. hic.

Concionator non adulescitur, & est admirationis. De Christo Domino.

Tristitia multa pro suggestu dixerat Christus : Matth. 22. 13. poenam non vestium nuptialium : de virginitate, de castitate, multa præmiserat ; & subdit tamen Matth. v. 33. & audientes turbe mirabantur in doctrina ejus. Pinna in Eccl. c. 4. Ethol. 57.

Stupabant super doctrinam ejus. Marci 1. 22. Quid stupent ? nonne ex Hebræa Schola multi probatè sapientia, & eloquent-

quentia, unum pro omnibus Gamaliele nomine, de quo Act. 34. Cur non supent Gamaliele scientie differente, sed Christo vel modicè docente ? Addit Marcus ibid. erat enim doctus quasi phariseum habens. Quod Victor Antioch. ita explicat : non loquebatur ad gratiam ; nec auditorum laudes caprabat. Sciebant eum adulatores durum esse ; quibus blandè alloquebatur Matth. 22. 16. Magister scimus &c. ille durè respondet v. 18. quid me tenetis hypocrita ? Sciebant dæmonem malè adulentem, cum proclamaret Marci 1. 24. Jesu Nazarene ! à Christo rejectum silentio imperato : obmutesce. Indestupabant super doctrinam ejus. Velloso in Judith. 2. Cur stupabant ? quia non loquebatur ad gratiam, neque ulli profus adulabatur ; nec auditorum laudes captabat : sed erat sermo ejus in potestate : hortabatur enim non ad quævis promissuè, sed ad celestia, & animæ salutaria ; perdisque, ac obstinatis peccatoribus imperiteritè supplicia comminabatur. Victor Antioch. hic.

De S. Joanne Baptista & aliis.

Joseph utriusque servi Pharaonis somnium interpretatur ; & alterum in crucem agendum prædicat, alterum in pristinam dignitatem evhendum. Quomodo ostendit hæc vera esse ? numquid non Dei est interpretatio ? Hæc non semper læta prædicat, sed quandoque tristia. Nec tamen iratus fuit pistorum magister, quòd illi tristitia prædixit. Non ergo creditur Concionator, odium auditorum fæ futurum, si acris pungat. Pinna in Eccl. 4. Ethol. 57.

Vos estis sal terra. Math. 5. 13. Sal ingratus non est ob mordacitatem ; imò ob hoc maxime expetitur. Ergo ut, curæ curæ commiffum est, populi crimina carere ; infar falsi morde ; ob hoc vel unum maxime populum in conciones attrahas. Pinna in Eccl. Ethol. 16.

Et interrogabant eum turba. Luc. 3. 10. En, Joannes, cum auditores suos genimina viperarum appellasset, cum eis divinam impendere securim clamaret ; mox à turba, publicanis, militibus, conventu, ejusque rogatur sententia de recto ad cœlum calle. Hæc vera benevolentia ; Praedicator digna est ; quam ab auditoribus non laudes extorquet, sed minæ. Et sanè hoc sibi Concionator persuadent : tam magnificandum est ab auditoribus ; non cum eos palaverit, sed cum eorum vulnera fecerit. Oliv. l. 13. Strom. hic.

Alia motiva non adulant.

Verba sapientum sicut stimuli. Eccl. 12. 11. Notandum, quòd dicuntur verba sapientum pungere, non palpare, nec molli manu attrahere lasciviam ; sed errantibus, & tardis, penitentia dolores, & vulnus, inficere. Si cuius ergo sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus, iste non est sermo sapiens. S. Hier. Corn. hic.

Vos estis sal terra. Math. 5. 13. Comparat Deus Concionatores non cum melle, sed fale. Non adulare ; sed argue, increpare ; non quare gratiam ; sed animas hominum. Diez Prel. Conc.

Durissime videor, quia non blandior ; quòd merum incutio, quòd amico cupio initium sapientia ; sic mihi contingat semper beatè amicos, id est, terrendo fallubiter, non adulando fallaciter. S. Bern. ep. 9.

Rex iste, (Christus) nemini blanditur ; sed sunt stimuli, & quasi clavi in altum defixi. Ità recta sunt verba ejus ; ut judicet, & probet eos, qui regno suo digni habeantur. Hoc itidem, ejus exemplo, faciendum est cunctis regni ejus adiutoribus ; ut videlicet nemini adulentur, delectati numero discipulorum ; sed prædicent illis dura, & aspera, per quæ itur ad Deum. S. Rupert. in Evang. c. 19.

§. XXII.

Concionator non respiciat personas.

Num. I.

Figura, & Symbola.

Qui facit Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem viventem. Psalm. 103. 4. De igne Aufonius : ignis natura semper urere, & aquali viccedos, ac pinos, inflammare. Nec fumarii pastorum vilitate abstrahitur, nec regii camini sublimitate allicitur. Die idem de sole, luna, sale &c. Efcob. t. 3. Coll. Christ. Obs. 4.

Qui emittit fontes in convallibus. Pl. 103. 10. Convales humilitatem significant, quæ nunquam sine fonte gratia est. Non est autem insolens s, ut, qui montes sunt propter S. Spiritus altitudinem, convales sunt, propter sui Spiritus humilitatem. S. Prosp. hic.

Ad alligandos eorum in compedibus. Psalm. 149. 8. En murus concionatoris, injiciere manicas, & compedes ; & alligare etiam reges, & principes viros ; nec consulentibus respondere omnia fieri. Marci 6. 18. Non licet tibi. Sic vox clamantis. Luc. 34. Vox ad omnes æqualiter pervenit ; quidem magis ad viciniores concionatori. Vox item sine carne, & corpore ; non dolet

percussis, nec percusi potest ; non audit, sed auditur. Pinna in Eccl. Ethol. 127.

Quasi tuba exalta vocem tuam. II. 58. 1. Sicut tuba in castris omnes compellit, omniumque auribus instrepit, tam Ducis, quam militis ; tam principis, quam gregarii, aut lixæ : ita vox Concionatoris in Ecclesia adversus omnes exclamare, magnos & parvos compellare ; principes, & plebem, ad penitentiam vocare, vitiique omnium, sine ullo discrimine, bellum indiciere debet. Bess. D. 2. adv.

Qui sunt isti, qui ut nubes volant ? II. 60. 8. Patres per hos, Concionatores intelligunt ; quos idèò nubibus comparatos ajunt : quòd, sicut nubes, dum aquam è terra, & mari, exsugunt ; dum plena fuerint, eandem hinc, & illinc, sine ullo discrimine effundunt ; nequaquam anxie, utrum in principis alicujus, aut agricolæ, agrum ea decidat : ita nubes illæ supernaturales Ecclesie, verbo Dei turbidæ ; dum sanctum, & benedictum Evangelii liquorem effundunt ; promissuè illum, sine ullo respectu, aut exceptione, tam in pauperibus, quam divitis, animam emittere debent. Bess. in supra.

Mittam eis multos venatores ; & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle. Jer. 16. 16. Sicut venator nulli animali parcit ; sed nullum laborem subterfugit ; modo ut lepufculum, modo ut vulpem, aliàs cervum, aliàs aprum, aut lupum, vel aliam feram, comprehendat : ita Concionator modo agricolam simplicem, & instar leporis meticulosum ; modo caudicium instar vulpis astutum ; modo, lupos, & apros, depeccatores illos provinciarum ; modo cervos, reges inquam, in castratrat ; atque ita in omni monte, & colle venetur. Id. cit.

Cervum in manibus ejus. Antefacem ejus ibit mors. Hab. 3. 4. 5. Theophyl. legit, antefacem ejus ibit sermo. Quid sermone cum morte ? sicut mors principes non veretur, sed æquo pede &c. Sic Praedicatoris verbum, in morem mortis, sine perlonarum respectu, vulnerat Auditores ad vitam. Efcob. t. 3. Coll. Chr. Obs. 4.

Vox est lux Mundi. Math. 5. 14. Sol omnibus lucet, & calorem æqualiter impertitur ; nec pauperi minus nec diviti magis, concedit. Paletti D. 22. Pent.

Super candelabrum lucerna ponitur. Math. 5. 15. cum Evangelium in sua libertate prædicatur : porò candelabrum est ipsa libertas, super quam lucerna Evangelii ponenda est. Simon de Cass. l. 7. c. 4.

Viderunt faciem ejus, tanquam faciem Angeli. Act. 6. 15. Quare facies Angelica Concionatoris adscribitur ? Lorius asserit idem esse, vidisse eum angelica facie imitantem, ac liberè, & sine ullo respectu, Judæos corripientem. Efcob. t. 3. Coll. Chr. Obs. 4.

Num. I. I.

Motiva.

Ex Veteri.

Excusat Moyses Ex. 4. 10. tardiorum linguam ad loquendum cum Pharaone ; & Deus excusationem acceptat, substituitque Aaronem v. 16. quia indignum judicavit Deus ; ut is, qui pro Dei honore loquitur ; ejusque nomine, ac verba ipsius submisit, timidè loquar ; sed clara voce intonet ; reges, & principes, terreat. Pinna in Eccl. Ethol. 127.

Respondit Balaam non potero præterire sermonem Domini, sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar. Num. 24. 13. Dum Madianita veneficus, collega dæmonum, generositate omnem utilitatem vincente, sic cum rege suo Domino loquitur, summo furore, summa impotentia sœviente : erit Minister Evangelicus tam focors, & timidus ; qui ob leviores adversitatis suspiciones, aut metu facturæ non consideranda, conticeat : cum Deus loqui præcipiat ; aut iustitia, divina voluntati humanam antefereat ? O verum non fit, ex ore Magi prodixisse miracula, digna referri in cœlestem codicem : & in labiis principum murice lucentium, veritatem, quæ florere debuerat, exarere ! Omnes, omnes dicere debetis, nobilioribus, potentioribus proceribus : non potero præterire sermonem D. Dei mei ; sed, quidquid Dominus dixerit, hoc loquar. Olivat. 2. conc. 10.

Indicavit inque ei sermones. 1. Reg. 3. 18. O libertatem in puero giganteam ! omnia indicavit, nullo intermixto fuco inter oraculi fulmina. Ut autem videas ; quam id gratum Deo fuerit, mox additur : crevit autem Samuel ; & Dominus erat cum eo. v. 19. Nota : non, cum parentes dimisit ; non, cum remansit in templo ; non cum florum scandala exhorruit ; non cum surrexit iter, ut obediret, non, cum Domino ministravit ; Deus fuisse fertur cum eo : sed cum Dei minas nunciavit Heli ; nec canos fenis, nec felam Sacerdotis, nec solum Judicis reveritus, dum Sacerdotem de scelerè, & poena, monet. Oliva l. 10. Strom. §. puer autem erat minister.

Peperit Saul, & populus, Agas, & optimis gregibus, & quo pulchra erant. 1. Reg. 15. 9. quæ tamen Deus iustit occidit : & idèò seipsum proprio cecidit gadio. 1. Reg. 3. 14. Sic Praedicatorum adulantes, & parentes, ne peccatores percitant verbo Dei, iustè verbo Dei percitentur, & damnabuntur. Summa Prædic. Adulatio.



Non egoturbavi Israel &c. Reg. 18. 18. Vide libertatem Elia...

Non est tui officii &c. Paralip. 26. 18. Vide libertatem, vide mentem...

Pro iustitia agonizare pro anima tua. Eccl. 4. 33. q. d. iustitiae, & virtutis...

Noli esse humilis in sapientia tua. Eccl. 13. 11. Nihil hic contra veram humilitatem...

Visa iustitia filii Amos. If. 1. 1. Quam potissimum virtute Prophetica hic ceteris praerulerit...

Audite verbum Domini principes Sodomorum &c. If. 1. 10. Nota impavidum vatis pectus...

Etiamsi te ab hominibus. Dan. 4. 22. Fuisse regi prius deliberationem habuisse...

Ex Novo.

Christus Dominus.

Non respicit personam hominum. Matth. 22. 16. S. Anselmus: Scimus, quia vitam Dei in veritate ducis...

Omnia arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 7. 19. An non, d. Domine Libani cedros ad flammam non eximis?

Omnia arbor, id est, omnis homo, sive rex, sive regulus, sive princeps, sive senior...

Omnia arbor, sive dives, sive pauper, sive servus, sive liber; sive juvenis, sive senior...

Omnia arbor &c. Matth. 3. v. 10. Hinc patefecit veritas iustitiae in Joanne; qui sine personarum acceptione...

Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Matth. 11. 7. Non est arundo Joannes; columna est...

Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Marc. 6. 18. Vocem emittit, quae possent impuri illi affectus rescindi...

S. X X I I I.

Concionator sit bonae intentionis.

Sonus vocis tuae in auribus meis. Cant. 2. 14. Urea scilicet intentione coram multis fomet...

In messen suam. Luc. 10. 2. Docet, praecipuum finem Concionatorum esse debere; ut Dei hereditati proficiant...

In die magno festivitatis clamabat. Jo. 7. 37. Praedicator, quia homo amat frequentem concionem...

Non hac sola de causa tam studiosi in dicendo sumus, ut aures vestras oblectemus; vel quod laudari a vobis cupiamus...

Optimam ipse vel millies execrabilis esse, si queam per hoc vestras animas convertere; adeo mihi luce dulcior est vestra salus...

Si quis innumeras gemmatas coronas meo capiti nunc imposuisset; non tam laetificaret, quantum in profectu vestro. Imo neque regem sic opinor gaudere...

S. X X I V.

Concionator sit suavis, clemens, pacificus; etiam suavis, & simul fortis.

Stabunt super illos piscatores. Ezech. 47. 10. Apostoli vocantur piscatores potius, quam venatores; quia ipsi non violentis coedibus...

Cum sederet. Matth. 5. 1. ad aeternam quietem nos expectare praemonstravit. Docens sedet; ut quietius doceat...

Predicans baptismum poenitentiae mihi scriberet edebat. Marc. 1. 4. 6. Vides, qualem hominem hujus gratiae ducem elegit...

Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. Marc. 9. 49. Sal significat sapientiam. Vult Christus, ut, quae dicunt Apostoli...

Canes linguabant ulcera ejus. Luc. 11. 21. In mystico sensu per eos Praedicatorum intelliguntur, qui lingua solantur angustias microrum...

Cum esset sub iocis, vidit e. Jo. 1. 48. ubi Nathanael convitium Christo dixerat: a Nazareth potest aliquid boni esse? victus a Magistro pacato Nathanael ait: Rabbi, tu es filius Dei...

Habebat in manu sua libellum apertum. Apoc. 10. 2. sed iris in capite ejus v. 1. quae quidem pacis tessera est. Gen. 9. 13. arcum meum ponam in nubibus...

Operet veterum prophetarum gentibus. Apoc. 10. 11. Ne tamen tetricus in dicendo Magister esset, sed melle dulcior fluere oratio; librum iustus edit: & erat in ore meo tanquam mel dulcis...

Sacerdotes, sicut apes de divinarum flosculis suavia mella conficiunt; & quidquid ad medicinam pertinet animarum, oris sui arte componunt. Recte comparantur apibus Sacerdotes; quia, sicut apes, castitatem corporis praefertunt, cibum vite coelestis exhibent, aculeum legis exercent...

S. X X V.

Concionatori conceditur relaxatio.

Paravit Dominus Deus betharam. Jo. 4. 6. Laboraverat enim: quasi debita sit illa relaxatio, & quies, homini, qui laboraverat. Fernand. in Gen. 8. lect. 7.

Venite seorsum, & requiescite pusillum. Marc. 6. 31. Per hoc Christus D. Ecclesiae Doctores, & Pastores, monet; ne externis curbis perpetuo se dedant; sed primum saepe, secretoque, agentis animum colligant; eumdemque ad publicis negotiis, & occupationibus, quantum res paritur, identidem sevoent...

TITULUS XXIV. CONCORDIA.

S. I.

Figura, Symbola, Allegoria.

Ex Veteri.

Spiritus Dei ferebatur super aquas. Gen. 1. 2. Subcelestes aquae oportebat, ut congregarentur in unum; proinde, quia Spiritus Dei ferebatur &c. ut intelligamus: aquas dispersas ad operationem divinam; hominum voluntates; super quibus fertur spiritus voluntatis divinae...

In rerum exordio laudavit Deus opera sua. Gen. 1. 3. lucem &c. vidit quod esset bona. Et tandem, creatis omnibus rebus, ait facer textus: viditque Deus cuncta, quae fecerat, & erant valde bona. v. 31. It notat Aug. 1. 3. Conf. c. 28. Septies numeravi, scriptum esse, te vidisse, quia bonum est, quod fecisti; & hoc octavum est; quia vidisti omnia, quae fecisti...

Divisit aquas per medium &c. Gen. 1. 10. Animalia dividuntur: quia inter malos semper sunt jurgia, & discordia. Quia ubi quilibet querit quod suum est, non potest esse unitas: aves autem non dividuntur; quia boni semper servant unitatem in vinculo pacis. Hugo Card. hic. In Ecclesia canales dividuntur, spirituales non dividuntur: quia amatores Mandi contra se invicem divisiones, & scandala habere non desunt...

In simbra summi Sacerdotis Ex. 28. 33. quatuor elementa tranquillae unione conveniunt.

Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa sub malogranato. 1. Reg. 14. 2. Non sine mysterio: nam malogranatum optimi regis tyrum gerit. I. dum suam in granis purpuram, suam in cortice coronam, praefert; nihil magis, quam regem coronatum, ac purpuratum adumbrat. II. quia multa grana sub uno cortice complectitur. Vel significat multitudinem negotiorum, & consiliorum; quae ad regibus fido silentio occultantur, ut S. Ambr. 1. 3. hex. c. 13. insinuat...

Beatus populus, qui sit iubilacionem. Psalm. 88. 16. Mihi videtur iubilatio indicare quandam concordiam; & unitatis, affectum. Orig. hom. 7. in Jos. Vultuisti cor meum, ut alii legunt, in unitate oculorum tuorum. Cant. 4. 9. Nota, quam unionem Christus cupiat: non manuum; quae, licet saepe jungantur precantes, saepius tamen separantur; & dum operantur, una quiescit, movetur altera. Et heri potest, ut dum attollit dextera percussura inimicum, amplexata leva amicum. Pedes in ambulando nisi se jungantur, haeremus loco affixi; nisi praecedat alter, sequatur alter. Secus accidit oculis; quorum tanta concordia, ut nunquam dissentiant; licet se mutuo non inspiciant. Quod movetur unus, sursum, deorsum &c. movetur & alter. Omen esset proximae mortis, si alter...

solus lacrymas funderet. Hac est unio, quam Christus sanguinis sui pretio comparavit. Oliva t. 1. conc. 15. Concordiae tantae erunt omnes isti, quantae in praesenti sunt oculi nostri. Sicut enim oculus unus verti non potest, quo non vertatur & alius; sed in eandem partem semper voluntur: sic etiam corpus, & anima; vel societas illa iustorum, nihil poterunt velle diversum; sed eandem semper voluntatem habebunt. S. Anf. 1. de similit. c. 63.

Clamabat alter ad alterum. If. 6. 3. & commota sunt super liminaria cardinum a voce clamantis. v. 4. Erant multi spiritus Deum laudantes; ita tamen uniti, veluti unus. Sylv. in Math. 5. q. 11.

Recto tramite ibat: non declinabat neque ad dexteram, neque ad sinistram Ezech. 19. curvus ille admirabilis. Si leo, bos, aquila, currum trahebant, tam dissimiles natura, quam forma, quomodo tranquillo motu curvus ibat? Audi Prophetam v. 9. Junctaeque erant pennae eorum alterius, ad alterum. S. Greg. 1. 29. mor. cap. 28. Est dissimilia sunt, quae agunt; uno tamen, eodemque sensu, Sanctorum voces, virtutesque, sociantur. Sit pax in manu, consensus in lingua, in corde concordia, idem in animo sensus; & felici gressu, tum familia, tum republica, procedat. Alvarez in Gen. 37. Illustr. 58.

Una penna singulorum iungebatur. Ezech. 11. 11. non eisdem animalis, sed diversorum.

Quid necesse alas conjungi, quando animalia eodem jugo vehebantur, isdemque loris? In aliis affectus pingebantur: ut noscas, divinam gloriam non ita celebrari, dum plures eidem conveniunt loco; quam dum honesto uniantur studio. Naxera in Jos. 18. §. 10.

Ex Novo.

Vos estis sal terra. Matth. 5. 13. Sal olim symbolum foederis, quem foedus ferientes tangebant. Et Num. 18. 19. partem salis est semper unum coram Domino, tibi, & filii tui. Dicitur concordia sal: quia sicut sal cibis ad corruptionem praeservat, resque durabiles reddit; sic concordia res stabiles, firmasque, efficit: Vos estis sal terra. q. d. Mundus est plenus discordiis, & divisionibus haerens &c. Munus igitur vestrum est: unum Deum, unam Ecclesiam, unam fidem, unam baptismum, unam denique veram; exterioriorem, interiorioremque, pacem praedicare. Vos estis sal terra, vos Mundi concordia; vos homines confederare debetis. Diez Conc. 4. in Com. Doct.

Vos estis lux mundi. Matth. 5. 14. Cur non luceat? Resp. licet Apostoli in se multi essent: ipsa tamen gratia & charitate, ita unidem erant, ac si unus in his esset spiritus, unaque voluntas. Sylv. hic. qu. 11.

Simile est regnum colorum granis sinapis. Matth. 13. 31. Cur grano, & non granis sinapis? quia significat Fideles; qui, licet plures sint, est tamen eis cor unum, & anima una; & ob hanc unitatem unum gramum dicitur. Sylv. hic. q. 3.

Simile est regnum colorum fermentum. Matth. 13. 33. Fermentum, quod farinam in unum corpus unit, Ecclesia significat concordiam triumphantem: concordia enim totus orbis Ecclesiae subigitur. Efcobar. t. 6. Parab. Chr. obs. 1.

Faciemus tria tabernacula. Matth. 17. 4. Desideranti tria tabernacula, quibus tegerentur singuli, datur meliori consilio unicum tabernaculum nobis, sub quo regantur omnes. S. Chryl. hom. 10. in Matth. d. Petre, quid vis facere tria tabernacula? respice unum tabernaculum Spiritus Sancti, qui nos pariter protegit. Si fecisses tabernacula, utique fecisses humana; quae lucem excluderent, & umbram includerent. Nubes autem lucida, & obumbrans, hoc est, unum tabernaculum, non excludit solem iustitiae, sed includit. Baeza 1. 14. c. 20. §. 15.

Ve omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te. Jo. 17. 21. Concordia nostra tam perfecta esse debet, ut prope adequet unitatem naturae trium divinarum personarum: quarum omnium voluntas tam perfecta una est; ut nunquam possit Filius nolle, quod Spiritus vult; aut non cupere Spiritus Sanctus, quod Pater, effectum nolit. Oliva t. 1. conc. 15.

Tunicam milites dividere noluerunt. Joan. 19. 24. unitatem Ecclesiae firmantes: quoniam sorte evenit, ut eam unus, igitur, unitas possideret. S. Prosper de praedict. Dei p. 1. c. 26.

Ex Patribus, & aliis.

Denarius numerus perfectus est, & unitatem designat. S. Amb. tr. de 42. mans. fil. 18.

Elementum Arithmeticae est unitas; elementum musicae est unisonum; elementum Geometriae est punctum; elementum astronomiae est instans. Musica est plurium dissimilium, in unum redactorum concordia. Rich. a. S. Vid. 1. 1. c. 8.

Grues moralem noverunt exercere concordiam: inter quas nullus primatus queritur; quia iniquitatis ambitus non habetur. Vigilant vicissim, communi se caute custodiant, ipse passus alterius est. Sic honor nullis admittitur, dum omnia sub communione servantur. His etiam volatus vicaria aequalitate disponitur: ultima fit prima; & quae primatum tenent, esse posterior non reculant. Voluntarie fervendo libertate sunt; & invicem se diligendo muniantur. Calliodor. 1. 9. var. ep. 2.